

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA LXXXVI.

1. Pet. §. v. 8.

Sobrii estote, vigilate, quia aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens obambulat, querens quem deuoret, cui resistere fortes in fide.

DISPOSITIO.

Siviator cuiquam obuiam venturus idem iter facienti narraret, quæ & quanta passus sit, à leone fremente in sylua, eundemq; adhortaretur ut sibi præcaueret ab occurso leonis, modumque ostenderet, quomodo occasione sic ferente huic resistere possit, magnam procul dubio huic gratiam ageret & referret.

Quia igitur Petrus sèpius insultum huius leonis spiritualis expertus est, ideo fraterne agit, quod nos præmonet, ne in eiudem incidamus occursum.

Cum itaque in hac vita nobis varia pericula obueniār, nec quisquam vspiam tutus esse possit, quia leonis rugium vel occursum, experiri cogatur: ideoque ut vitemus huius occursum, vel si omnino deuotare non possimus, modo resistere ei absque damno liceat, Petrus nobis viam & modum monstrauit verbis iam prælectis.

Eins igitur dictum ut sequamur, duo nobis obseruanda erunt,

1. Quis iste leo obambulans.

2. Quomodo huic resistere valeamus.

I. Pars.

Diabolus vester aduersarius obambulat, tanquam leo rugiens, querens quem deuoret.

*Nos hic sumus in mundo, in quo Diabolus princeps est, ille igitur regnat in filiis *antiquis*, qui regnum eius propagare iugiter student. At cum paucos in nassam suam petrahere possit, ideoq; larvatus incedit. Ac ut olim sub*

Vu s asturi

astuti serpentis specie decipit plurimos, vt pote incertos
& nihil tale metuentes: ita nunc sub finem mundi graffas-
eur se uius. Ideoque Petrus eius nos commonefaciens tan-
quam sterentes & in diem viuentes adhortatur, ut obser-
vemus non solum quod aduersarium, sed & qualem ha-
beamus, nempe Diabolum, cuius truculentiam nobis de-
scribit sub figura LENNIS, qui est rex animalium, iracun-
dos, sorbendi cruxis audaxissimus, ferocissimus, ac rapa-
cissimus, sed & fortissimus. Accommodentur hæ proprie-
tates ad Diabolum, spiritualem seu infernalem leonem,
qui querit quem deuoret.

LOCVS.

Discimus hinc, quam multis periculis plena sit hæ vi-
ea nostra præsens. Obiecti, vel expositi sumus, Ephes. 6. v.
12. Rectori tenebrarum, Joan. 14. principi huius mundi:
prædoni, qui in omnes rationes intentus est, quomodo
prædam venari possit. Ille eluens est. Et quia Christus
Pastor animalium, 1. Pet. 2. regnum eius tanquam fortior
armatus destruxit, arma abstulit in quibus confidebat, &
spolia eius distribuit, Lue. 1. v. 22.

Ideoque instar leonis magna ira percitus est, Apoc. 12.
v. 12. quomodo hanc quam sibi illatam esse putat inju-
tiā, vlcisci possit.

At quoniam caput amplius aggredi non potest, Chri-
stum videlicet, Col. 2. qui expoliauit principatus, ac pot-
estates ostentauit palam, triumphans de illis, per semeti-
plum, ideo membra afflit, ceu calcaneum Christi, in
politia, in Ecclesia, in cœconomia.

Experti sunt semper sancti Dei homines illius malitia.
Job afflictissimus omnium hominum adeo ut à planta
pedum eius vsl; ad verticem capitis nihil sanī in eo Job.
2 v. 7. Virtutem, qua Patriarchæ, in primis Abraham &
Jacob perpetui sunt. Id omne prouenit à satellitio Dæno-
nis, qui ipso instigarat ad affigendū pios. Quid possit il-
lum malignus & quid tentet, vide Matt. 15. v. 22. Mar. 5. v. 5.
& 9.

13.v.22. Lu-
stane, Eph.
10. Idipsum
ionem Diab-
olus, in
cum tempore p-

Male iugis
do Diaboli i
habet. Perse-
pertinentia erib-
uit pro pugna
ad altorum
integrit, 1.
atenuaz dam

Quomo-
lo occurſan
vigilantia.
vigilans et
circumvenient

1. Sobrium
iter, sed etia
per flentem
German. Jen-
plet, Diabol
tale suus, q
a rechitare,

At vigilan
torpus torpe
tibus et, fed
occidentem
quod requit
2. Verum
DIVM SPIR

& 9.v.22. Luc.11.v.14. sed grauiora sunt illa tela ignita
Satanæ, Eph.6.v.16. Vide passiones Pauli, 2. Corint. 12.v.
10. Idipsum experiuntur omnes mox post abtenuncia-
tionem Diaboli in baptismo factam. Ab eo tempore
eternæ persequuntur gerendum cum Diabolo, & ipse nobis-
cum semper pugnat.

V S V S.

Male igitur agunt qui omne id, quod de indefesso stu-
dio Diaboli in concione proponitur, pro meritis ludicris
habent. Petrus qui haec expertus est, quod Diabolus illum
petierit cribrare. Luc. 22.tāquam tritijcum, illum non ha-
bituit pro μοχημενίῳ, hoc est, pro larua aut sp̄ctro inani,
sed altutum esse cognovit, quem nisi Christus restituisset
in integrū, Diabolus plane absorpsisset, & in barathrum
eternæ damnationis attraxisset.

II. Pars.

Quomodo autem resisti possit aduersario sive Diabo-
lo occursanti, Petrus optime nouit: nempe sobrietate &
vigilantia. Nam quia indefessus noster Antagonista valde
vigilans est, nullum non mouet lapidem, quomodo nos
circumuenire possit.

1. Sobrii igitur simus ac vigilemus non solum spiritua-
liter, sed etiam corporaliter, nam pigrum corpus ac sem-
per sterbens vnde super hunc locum inquit Luther. Tom. 2.
German. Jenensi, fol. 352.b) quod instar epicuri sese re-
plet, Diabolo nequaquam poterit resistere, cum satis dif-
ficile sit iis, qui fidem & spiritum sanctum habent, semper
sic resistere, ut retrocedat.

At vigilandum quidem ut & sobrierati studendum ne
corpus torpeat. Sed Diabolus per haec media nondum ab-
actus est, sed hoc fiat tantum, quo minus corpori demus
occasione in peccatum incidendi. Aliud dēinde accedat
quod sequitur.

2. Verum & efficacissimum remedium, id est, ut **Gla-**
DIVM SPIRITVS (Eph.6.v.17.) apprehendamus, id est,
IN

IN FIDE ROBUSTI & BENE ANIMATI SIMUS. Nam si in corde fixit radicem fides, & solide est fundata in verbo Dei, quod est gladius biceps & acutus, imo & acutior & quo-uis gladio penetrantior (Heb. 4.v.12.) tum Diabolus per-sistere non amplius potest, sed fugatur. Ideoque nunquam somnolenti & temulenti simus, ne arrepta hac occasione de nouo nos aggrediatur, circumueniat & in barathrum suum præcipiet. Hoc est quod Petrus monet ut resista-mus fortiter in fide.

3. Tandem accedant etiam preces frequentiores, ex fide profectæ, iuxta id Christi, orate, Marc. 14.v.38. Matt. 26.v.41.

F I N I S.

THEM A LXXXVII.

2. Pet. 1.v.14.

Scio quod tabernaculum brevissim depositurus: quemadmodum & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi.

D I S P O S I T I O.

Petrus in transfiguratione Christi iustum quendam percipiens vitæ æternæ, prægaudio in hæc verba erupit: Domine hic bonum est ecce, faciamus tria tabernacula, ti-bi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum.

Ex hoc tempore semper appetit vitam æternam, sed olim dum audiebat, quod violenta mors sibi expectanda sit, & alius cum ducturus sit, quo non velit, caro in fiera cum fuit. Joh. 21.v.20. Spiritus autem nunc promptus est, ac paratus ad quodvis supplicii genus. Mutatus enim est in alium virum. Is spiritus etiam tum, cum hæc scriberet, tantas ipsi vires, robur ac animum addidit, ut ex οὐαὶ φο-εἰσ intrepidus meminerit sui martyrii, quod in propinquo erat.

De

De hoc /
utbi concia
1. Dicuntur
2. Vnde ha

Quod ad v-
scibus verb-
ibus se bieci-
signaturum
in le poch
annaturum
complices
nota TAB
tare morte
Cur auter
utas habu-
tim conflu-
1. Quia c
nimam (qu
em confiu-
2. Quia c
3. Quia di
Significan
duciam eu
nem subiu
ola.

Nec est ha
abutitur, qui
tios s. c. v. 1.
Deum aut
am ex hac v
etus libe-
tibus, ac lig-
nitione Eu
po veritate.